



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 76. Comitia generalia Wormatiæ a Cæsare indicta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Secul. XVI. Uladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis,  
A.C. 1520. necnon Annæ Reginæ conjugis suæ  
 Legatos exceptit, quibus datum erat ne-  
 gotium, ut nuptias conciliarent inter Fer-  
 dinandum, & Annam Elisabetham, quæ  
 Hungariæ Regis filia, ac Ludovici, junio-  
 ris dicti, soror erat.

## §. LXXVI.

*Comitia generalia Wormatiæ a Cæ-  
 sare indicta.*

*Sleidan. in  
 comm. l. 2.  
 p. 58.*

Biduo post Carolus V. ad diem vigesi-  
 mam primam Januarii anni sequen-  
 tis comitia generalia Wormatiæ celebra-  
 da indixit, haud contentus, quod hanc  
 in rem encyclicas ubique literas expediis-  
 set, ipsus quoque cunctos Germaniæ Prin-  
 cipes impense rogavit, ut ipsimet eo ac-  
 cedere haud gravarentur, ac quantum  
 in ipsis esset, hunc conventum numero,  
 atque auctoritate celebrem redderent.  
 „ Deliberandum nobis est, inquit Impe-  
 „ rator, de summi momenti negotiis, a-  
 „ gitur de tollendis perturbationibus,  
 „ quibus Germania vacante abhinc Im-  
 „ perio agitatur; præcipue vero religio-  
 „ nis cauſa nobis tuenda, ac ingentibus,  
 „ quorum vel occasio vel cauſa Lutheri  
 „ doctrina, atque auctoritas extitit, tu-  
 „ multibus remedium ponendum est. „

## §. LXXVII.